



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. XVIII. De Fvrtis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

tendio l. *Divus D.* De extraord. criminib. Idque in suo territorio, cum non solum ratione domicilii rei, vel contractus, sed etiam ratione delicti quis forum sortiatur, seu alterius jurisdictioni subiectatur, e *Postulat* i. 4. &c. ult. sup. *Deforo* compet. At vero quia *Judex Ecclesiasticus* ab effusione sanguinis abstinere debet, &c. In *Archiepiscopatu*, quomodo excommunicentur incendiarii, Romam proabsolutione mittendi, docetur in c. *Tuanos* 19 inf. De sent excommunicat. quomodo etiam raptore ac

violatores, praesertim rerum Ecclesiæ; quomodo viaticum pœnitentia illis denegetur, nisi vel restituant vel caveant; quomodo, quamquam in morte viaticum detur, solemniter sepulturæ carere debeant, docetur in can. *Super eo hoc sit*. Quibus adde Conc. Trid. quod in c. Si quem *Sess* 12. de reform Clericis hac in parte malefactores etiam excommunicat, beneficiis privat, & ad illa obtinenda efficit inhabiles.

## IN TIT. XVIII. DE FVRTIS,

Canis. d.lib. III. tit. 20.

## S U M M A R I A.

1. *Furtum* quid.
2. *Furtum* si auctu contristando rem alienam.
3. Rei varietas & circumstantia mutat speciem furti.
4. In re propria non committitur furtum.
5. Ut neque in re communi nisi tempore necessitatis.
6. Contrivallatio dabit esse fraudulenta.
7. Et lu randi animo facta.
8. Pœna furti ex utroque jure.

**F**urtum quoque in vexita aliena habendi cupidas, vicium tam frequens, ut quævis tormenta & cruciatus ad illud averterendum vix sufficiant.

1. Est autem *Furtum* à furvo seu nigro sic dictum, quod in obscuris ac tenebris fieri) *contrivallatio* fraudulenta rei aliena, animo lucrandi facta. *Contrivallatio*, inquam; nam nec sola cogitatio furem facit, L. i. §. 1. *D* hoc sit nec etiam cognatus, ut si quis animo furiandi domum alterius sit ingressus, *l. Vulgaris* §. quis furti *D. eod.* quamquam alia in delictis etiam cognatus puniatur. Videatur *Covarr. ad Clem.* *S. furtus* 2. p. *Select.* nu. 6 sed oporete ut auctu rem contraret, sive interum illam auferre, sive, ut sit in deposito, comodato & pignore, illa utatur, aut alter utatur, quam oportet, & furtum *Instit. De oblig.* qua ex delicto nasci. *S. pignore* 5. 4. *D. eod.* & sive per seipsum rem contraret, sive per alium, cui consult, adjuvat, & occultat speluncum, e. *Quicumque* fure hoc sit.
3. Rer. pro cuius varietate furtum mutat speciem, & nunc lenius nunc severius puniatur: ut v.g. si res sacra sit, quæ surripitur, vel è loco sacro, non

simplex furtum erit, sed sacrilegium, can. *Kapit.* can. *Qui qui inventus est sacrilegium x iv quæst.* Si vero res sit, quæ pertinet ad Reipubl. crimen committitur peculatorius; si liber homo, plagiarius; si grec abducitur, aliud crimen, quod acius puniatur quam furtum, b. 2. *D. ambigent.*

*Aliena;* quia nemo in re propria furtum committit, nisi quatenus illa aliquid alieni habet: ut si debito pignus creditori obnoxium surripiat, & aliquando *Instit.* De oblig. qua ex del. nasci. \* *Nemocam* in re communi, taliter quoad usum licitorum, furtum committit. Et proinde si quis in extrema necessitate constitutus, id est, tanta, quæ secum trahit periculum mortis, cibaria, vestes, aliave id genus, quæ nomine fructuum continentur, ad se rapiat, si non erit, c. *Siquis* 2. *hoc sit Ubi Gl. ad V. paenitentiat,* distinguat remoriorum seu modicam necessitatem, quæ solummodo penam mitigat, ab extrema, quæ penitus à furto excusat. Cujus decisionis ratio est, quod ex extrema necessitate omnes illas res, quæ à natura hominum sustentationi destinatae sunt, officiarum communes, juxta illud *Ambrosii:* *Efusurientium panis est, quem tu dentes, nudorum indumentum est, quod tunc edidit, & miserorum redempcio est & abolitione pecunia, quamvis in terram defodis, can. *Sicut* 47. *disk.* *Covarr. ad Clem.* *Peccatum* p. 2 *Select.* §. 1. ubi simul explicat, si extreamam necessitatem passus, redeat ad pinguiorem formam, an tenetur ad restitucionem, & curilla magis à furto quam à restituzione quempiam excusat.*

*Fraudulenta;* id est, clanculum & eo animo, ut si dominus invitus resuas privat, & vel saltu rei suæ usu ac possessione; quod eadem sit ratio totius &

1. Clem as 20, D. eod. I. Quæ de tota D. De rei vindic.  
Fraudem verò adesse oportet; nam sine affectu  
furandi crimen ilud non committitur, § placuit  
in iste. De obligat. quæ ex del. & proinde si quis iussu  
vel permisso domini, aut etiam probabilitate sibi  
persuadeat, quod dominus correctionem in-  
digne non sit lacratus, ne fur erit, I. Quirvas 48, D.  
eod. Deinde per hanc partem furtum distinguitur  
à rapioa, quæ quia violentiam includit, alia deli-  
cti species est, quamquam interdum dictiones  
istæ confundantur, can. Si quid invenisti xiv. q. 5.

7. Lurandi animo facta. Nam si occultanda veri-  
tatis gratia instrumenta in yito domino quispiam  
contresteret, vel etiam libidinis aut oblectamenti  
causa rem aliam occultet, quamvis simile deli-  
ctum, propriè tamen furtum non committit, I.  
Quirtabulas 27, D. eod.

8. Sunt qui addunt descriptioni, Legenaturali pro-  
hibitus; non tamen tam necessariò quam exposi-  
tionis causa, eo quod lex naturæ dicit ab aliis  
esse abstinentiam, utque alteri non facias, quod  
tibi non vis fieri. Et idcirco mirum non est, si  
furtum tam muli modis puniatur: nam in pri-  
mis jure civili, si criminalis sit actio, & furtum  
enorme seu qualificatum, ultimo supplicio puni-  
tur. Quod quamquam durum sit, nempe pro re-  
bus fortuæ caducis vitam dare, more gentium  
tamen ubique receptum est, propter criminalis

qualitatem, quod si severè non puniatur sua fre-  
quentia penitus everret rem publicam Covar. lib.  
2. Variar. resolut c. 9, num. 7, Deinde ex civilis, sal-  
va semper rei vindicacione & conditione furti-  
va, pœna quadruplici constituit, si fur sit manife-  
stus, id est, ita in delicto deprehensus, ut jam in-  
ficias sit non possit dupli verò, si non sit mani-  
festus, I. Quod ergo 12, § fin. D. De his qui not. infamia.  
Jus autem Pontificium laicos reliquens laicis  
puniendo, c. 1 h. tit. si contingat Clericum esse  
furem, pœna depositionis illum, punit. & tandem  
excommunicatum, si corrigi non possit, ad Judi-  
cium etiam laicum, ut reprimatur, remittit, cap.  
Clem non ab homine sup. De judic. Parlanc & Eccle-  
siasticorum & laicorum conditio in eo versatur,  
quod præter quam in utroque foro teneantur ad  
restitucionem saluti necessariam, c. Peccatum De R.  
1. lib. 6, uterque etiam post prærias admonitiones,  
ut furtum reveletur, & res desperata seu surrep-  
ta reddatur, publicè excommunicetur, id que cer-  
to modo, qui nos solùm autores furti, sed etiam  
conscios & consolatores involvit, sicut videtur li-  
cer in c. 1, in Extravag communib. h. t. & in Quamvis  
Concil. Trid 25, Sess. de reform. ubi tamen admonet  
textus, ne quis temerè ac levi de causa, excom-  
municatione (quam vocant nervum Ecclesiasti-  
cæ disciplina) utatur.

## IN TIT. XIX. DE VSURIS.

Canis. d. lib. III. tit. 21.

## SUMMARIUM.

1. Vitii huius & delicti enormitas.
2. Vjura quid?
3. Alia est Mentalis, alia Realis.
4. Lucrum in quo consistat.
5. Vjura quomodo circa pignora committatur.
6. Lucrum verum esse oportet.
7. Ob iustius interesse vel damni emergentis vel lucrū  
cessante amplius peti potest.
8. Vjura propriæ dicta consenserit in vero mutuo, non etiam  
paliata.
9. Lucru m ex mutuo saltē secundariò sperare licet.
10. Vjura iure dicino & naturali prohibita.
11. Non est iam redditus annui.
12. Frustrè suenerator vixium hoc regere aut excusare  
suum.
13. Pene usurariorum.

**E**x eodem fonte, id est, radice cupiditatis, §  
promanat usura, in bonis exteris graviter  
lædens proximum. Quod vitium quam sit  
enorme, non solum veteris & Novi Testamenti  
comprobata auctoritas, sed etiam gentilium scrip-  
torum testimonia. Nam in primis Aristophanes  
in Nubib. usuram esse assertit feram quandam be-  
ficiam, quæ per mensem & per diem, sensim laben-  
te tempore, argentum seu pecuniam semper ge-  
nerat. Aristot. lib. 4, Ethic cap 2, eamdem dicit  
esse turpem quæcumque turpe lucrum. Sed &  
Cicer. lib. 2, de Offic. assertit, quod dare pecuniam  
ad usuram nihil aliud sit quam hominem occide-  
re. Quinid Marcus Cato scribens de Republi-  
ca fœneratorem seu danistam buribus pejorem es-  
se contendit, ac severius puniendum; hoc suo te-  
stimonio, ut & præcedentes, satis superque insu-  
mans, quod usurpa contrarietur naturæ, utpote  
qæ

Tet 3